



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 2. Alphonsus favorem Synodi aucupatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

ullus, qui de ea testimonium redderet, Sæcul. XV.  
testis produci poterat. Pontifex his rationibus motus ad iteratas Alphonsi  
querelas respondit, siquid juris ad regnum  
se habere existimaret, depositis armis,  
belloque dirempto illud coram Sede Apostolica prosequeretur.

A.C. 1436.

## §. II.

*Alphonsus favorem Concilii auctoratus.*

Alphonsus hoc responso vehementius commotus, publice Pontificem redarguit, merita, quæ Sedi Apostolicæ præstisset, exaggerans; quamvis, si quæ eidem contulit, potissime proprium commodum respexisset, nec ita pridem Terracinam, quæ urbs ditionis Ecclesiasticæ pars erat, a se occupatam restituere renuisse. Itaque ut acerbius adhuc Papam vexaret, Basileensi Synodo adhærente decrevit; quem in finem datis literis Patres hortatus est, ut cuiquam negotium darent, qui Romam, & reliquas Romanæ Ecclesiæ ditiones invaderet, se quoque eidem validam opem præstiturum, ut ambo junctis viribus haec bona sacræ Sedi vel Ecclesiæ denuo affererent. Ast specioso sub hoc obtentu re ipsa Eccl. Surita hist. clesiæ statum sibi meti ipsi vendicare medi- Arrag. l. 14. tabatur. Postea iteratis ad Papam lite-

ris

Sæcul. XV.  
A.C. 1436.

ris eundem inducere fatagebat, ne sibi  
in Regno Neapolis adipiscendo obfisteret,  
sed potius decretis Basileensis Synodi ab  
hæreret; alioquin se Deum judicem  
Cardinales omnes, universamque Ecclesiam  
testaturum, nemini alteri, præta-  
quam Eugenio imputandum, si graviora  
exinde mala imposterum Ecclesiæ in-  
minerent, utpote quæ non nisi ex Ponti-  
ficiis pervicacia orirentur. Extat infor-  
per alia Alphonsi epistola ad Synodum  
Cajetæ die octava Martii scripta, qui  
summis laudibus extollit Patrum studia  
quæ ad fidem Catholicam amplifican-  
dam, & hæreticorum reductionem pro-  
movendam hucusque indefesso conatu-  
impendissent: se quoque nihil non acto-  
rum spondet, ut eis pro viribus succin-  
dere, ac quodammodo laborum, quos pro  
utilitate Ecclesiæ suscepissent, partici-  
pieri posset, Legationem nostram, inqui-  
bat, omni auctoritate insignem ad sacrati-  
simum cætum vestrum mittere decrevimus,  
ut si totius diei pondus & æstus non per-  
tavimus, saltem bonam magnamque ejus par-  
tem sustineamus . . . omnes reverendos &  
venerabiles Prælatos, plurimosque sacrarum  
literarum interpretes ac doctores hortamus,  
& in quantum in nobis est, compellimus,  
pro tam pio negotio facilius consummamus,  
brevi ad vos proficiscantur. Eam ob causam  
in Hispanias quoque Insularum Majo-  
ricarum

*Append. I.  
Conc. Basil.  
tom. 12. art.  
101. p. 994.*

ricarum Rectorem misit, qui Episcopos Sæcul. XV.  
& Prælatos Basileam ire recusantes, o- A.C. 1436.  
mnibus bonis exueret.

§. III.

*Sessione vigesima tertia Basileensis  
Synodi.*

Celebrata est die vigesima quinta Mar- *Lab. Conc.*  
tii Basileensis Concilii Sessione vigesi- *tom. 12. p.*  
ma tertia, in qua Patres articulos de re- 557.  
formatione, qui in Sessione quadragesima  
Synodi Constantiensis quasi perfunctorie  
attингebantur, jam serio studio pertracta-  
bant. Itaque decernebant. I. Quoties-  
cunque Sedem Apostolicam vacare contige-  
rit, Cardinales omnes decima die, postquam  
vacaverit, in capellam aliquam prope conclav-  
e convenient; Inde præcedente Cruce, bi-  
ni cum devotione cantando, *VENI CREA-*  
*TOR SPIRITUS* incedentes, locum con-  
clavis ingrediantur: quo nonnisi duos Cle-  
ricalos quilibet introducat, quorum unus sit  
Notarius. Quibus peractis fores Con-  
clavis claudantur, ac quodcumque aliud  
commercium Cardinalibus interdicatur,  
ut solitudinis quiete ad recipiendam Spi-  
ritus Sancti unctionem, qui ejusmodi elec-  
tiones semper dirigere debet, aptio-  
res efficiantur. Quod idem jam sub A-  
lexandro III. in Concilio Lateranensi III.  
sapientissime statutum legimus. In præ-  
*Hist. Ecclesiast. Tom. XXVII. P senti*